

habetur¹⁾. In anno vero passionis, id est in anno 34. incarnationis iuxta eum, 14. luna 1. mensis, id est Pascha Iudeorum, quod erat dominica cena feria 5., quatuor evangeliis contestantibus ipsoque Domino teste ita: *Desiderio*²⁾ *desideravi hoc Pascha vobiscum*^{a)} *manducare*^{a)}, *antequam patiar*. Apud Dionisium^{b)} habetur dominico die 12. Kal. Apr.³⁾ et resurrectio^{c)} dominica 5. Kal. Apr., luna 21., quod sanctus Beda hironice^{d)} sic^{e)} increpat^{e)}: *Et*⁴⁾ *ideo*, inquit^{k)}, *circulis beati Dionisii apertis, si 566. ab incarnatione Domini contingens annum 14. lunam in eo 9. Kal. Apr.*⁵⁾ *5. feria reperieris et diem Pasche dominicum 6. Kal. Apr.*⁶⁾ *luna 17., age Deo gratias, quia, quod querebas, sicut ipse promisit, te invenire donavit et*^{f)} *reliqua*^{f)} Hec Beda.

10., inquit Dominus, *die*⁷⁾ *mensis 1. tollat unusquisque agnum per familias domus sue, iuxta quem ritum tolletis et hedum, et servabitis*^{g)} *eum usque ad 14. diem eiusdem mensis* et reliqua.

Iohannes⁸⁾ autem ante 6 dies Pasche dicit Iesum venisse^{h)} in Bethaniam, ubi in convivio de ungento narrat. In crastino autem 10. die 1. mensis ante 5 dies Pasche, sicut Iohannes testatur⁹⁾, egrediens omnis populus in montem olivarum, tulit inde agnum Dei in domum Domini, qui certum diem victimationis sue 14. luna ad vesperam, qua immolari incepit, exspectabat. Et prima sabbatiⁱ⁾ 13. Kal. Apr.¹⁰⁾ ad vesperam, sicut Matheus dicit¹¹⁾, *relictis illis abiit in Bethaniam ibique mansit*. Mane vero feria 2. 12. die Kal. Apr., luna 11. ante 4 dies Pascha revertens in civitatem maledixit ficulneam^{j)}.

Et eadem vespera secundum Marcum¹²⁾ exiit in Bethaniam, quod Matheus intermisit, ut Augustinus¹³⁾ dicit. Et cum mane transis-

a) vobiscum manducare: manducare vobiscum L. b) Dionissium V. c) resurrectio V. d) yronice L. e) sic increpat: increpat sic L. f) et reliqua fehlt L. g) servabit V. h) venire V. i) sabati V. j) ficulniam V. k) fehlt L.

¹⁾ Vgl. Ostertafeln. Aus diesem Grunde setzte später Heimo von Bamberg das überlieferte Passionsjahr dem Inkarnationsjahr gleich, vermehrte also die nachchristliche Zeit um 33 Jahre; vgl. dazu oben S. 199 f.

²⁾ Luc. 22, 15.

³⁾ 21. III. vgl. Ostertafeln f. d. Jahr 34, Migne, PL. 90, 826 und 859/60.

⁴⁾ Beda DTR 47, ed. Jones S. 267.

⁵⁾ 24. III.

⁶⁾ 27. III.

⁷⁾ Exod. 12, 3 und 5 f.

⁸⁾ Io. 12, 1.

⁹⁾ Io. 12, 12.

¹⁰⁾ 20. III.

¹¹⁾ Mt. 21, 17.

¹²⁾ Mc. 11, 11. ¹³⁾ Augustin, De consensu evang. II, 68, CSEL. 43, 234 f.